



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572


Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 1. Motus in Hibernia ob Catholicam religionem ibidem restaurandam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)



HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CONTINUATÆ **LIBER CLXXII.**



PIUS V. PONTIFEX MAXIMUS
postea GREGORIUS XIII.
MAXIMILIANUS II. OCCID. IMP.

§. I.

*Motus in Hibernia ob Catholicam reli-
gionem ibidem restaurandam.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1570.

Thu. l. 46.
p. 620. edit.
Gen. 1620.
tom. 2.

Cum interea Protestantes immodo
suam hæresin ampliandi desiderio
flagrarent, nil intentatum, inausum-
que relinquebant, ut in Hibernia sibi
nomen, auctoritatemque conciliarent,
quoniam sectæ suæ progressus hucusque
ibidem stabiliti sua expectatione quo-
dammodo maiores erant: jam enim po-
tissimum hujus regni partem suo vene-
no infecerant: ast eodem tempore Ed-
mundus Botelerus Ormondiæ Comitis
Frater illorum auctoritatem labefactare,
iisque, si posset, extirpatis Religionem
Catholicam penitus ferme eliminatum
revocare nitebatur, cuius pia molimina

Pon-

Pontificis auctoritas, ac Hispaniae Re- Sæcul. XVI.
gis potentia adjuvabant, unde auxiliis, A.C. 1570.
quæ ipſi idem Rex ex Belgio submitte-
re promiserat, fretus ad ampliorem ſum
animum erigebat, cunctaque ardentis
ſui zeli conatibus feliciter adſpiratura
confidebat: Deo tamen ita permitten-
te fervori ejus prosper non allusit suc-
cessus; quamvis enim cum Jacobo Fri-
derico Morrisio, necnon cum alio ejus-
dem nominis Edmundo Imokiliæ Præ-
fecto armorum societatem iniisset, jun-
ctisque cum eis viribus Kilkeniam ob-
ſidione cingeret, eruptione tamen a
præſidiariis facta, inde repulsus est:
ubi cum eius frater ab Angliæ Regina
ad eundem Botelerum missus illi fugge-
raret, ut ſe Reginæ arbitrio, ac clemen-
tiæ submitteret, is nimia credendi fa-
cilitate deceptus unācum ceteris fratri-
bus ſuis hujus ſeditionis conſciis fere-
dedit: porro Elisabetha Regina cum
ſuæ bonitatis, ac moderationis specimi-
na ostentandi occaſiones ſedulo aucupa-
retur, atque aliunde hunc Comitem plu-
rimi haberet, hinc indignationem ſuam
diſſimulare fatagebat: qua etiam agen-
di ratione residui ſeditionis tumultus
fuere diſſipati.

Interea faltem ſpeciētenuſ in Sco-
tia, ut Maria regni ſolio redderetur,
agitabantur confilia; una enim ex par-
te

Sæcul. XVI.
A.C. 1570.

te Angliæ Regina eo suos destinabat
Oratores, qui tamen non nisi ignava
manu rem urgebant, altera vero ex
parte Maria illuc mittebat Jacobum Ha-
miltonum illustrissimæ Scotorum fami-
liæ Caput, ut supra meminimus: ait
hic minora, ac spes de eo erat, obse-
quia Reginæ Mariæ præsttit: cum au-
tem illa Angliam gravibus inter Regnū
Proceres dissidiis scissam cerneret, ex
illis quosdam ad sua studia pertrahere
satagebat, ut occurrente necelitatis e-
ventu illorum opera contra Elisabetham
uti posset: præcipue vero sibi concilia-
bat Norfolciæ Ducem, facta eidem fu-
turi connubii spe: cum autem hic diffi-
mulandi artem ferme ignoraret, hac
sponsione excæcatus sine ulla ambagi-
bus Mariam sibi desponsandi facultatem
ab Elisabetha petebat, atque ab eadem
jamjam hanc veniam se obtinuisse, Ma-
riæ significabat: verum hanc ipsam mi-
nus consultam agendi rationem Norfol-
cius non modo libertatis, sed etiam vī-
tæ suæ dispendio luere cogebatur, quip-
pe Elisabetha exinde conspirationem re-
bus suis funestam conflari verita, Du-
cem in vincula conjici, ac paulo post
capite plecti, imo eodem etiam momen-
to Mariam Scotiæ Reginam includi, ac
vigili satellitum oculo custodiri jussit.
Sub idem ferme tempus Murræus Co-

mes sclopeti i^tctu per quemdam Hamil-
toniæ familiæ Virum trucidatus est, cu-
jus iniqua nece plures in Anglia conci-
tatæ fuérunt conspirationes, quæ non
parum Elisabetham Reginam exagita-
bant.

Sæcul. XVI.

A.C. 1570.

§. II.

*Sententia excommunicationis in Elisa-
betham a Pio V. pronuntiata.*

Tanta scelerum immanitate summus *Thuan. l. 46.*
Pontifex Romæ exacerbatus omnes *Spond. hoc*
auctoritatis suæ vires contra Elisabe- *ann. n. 3.*
tham exerebat; cum enim hucusque *Bullar. tom.*
nonnisi aliorum ope usus illam ad sanio- *12. Pii V.*
ra confilia reducere tentasset, tandem *Constit. 101.*
publice illam bonis suis proscriptis, ac
Constitutione die vigesima quinta Fe-
bruarii edita anathemate eam perculit,
porro in hac Bulla Sanctus hic Pontifex
rem ita exposuit: „Introducta est hæ-
„resis in Angliæ regnum admittente inter
„ceteros flagitorum serva Elisabeth
„prætensa Angliæ Regina, ad quam
„veluti ad asylum omnium infestissimi
„per fugium invenerunt. Hæc eadem
„regno occupato, supremi Ecclesiæ ca-
„pitis locum, in omni Anglia, ejusque
„præcipuam auctoritatem, atque juris-
„dictionem montruose sibi usurpans, re-
„gnum ipsum jam tum ad fidem Catho-
„licam, & bonam frugem reductum

rur